

www.e-rara.ch

Quinti Horatii Flacci epodon liber

Horatius Flaccus, Quintus

Basileae, mense Iunio 1517

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH Bb II 38:2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-250>

Q. Horatii Flacci vita per Petrum Crinitum Florentinum edita

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Q. HORATII FLACCI VITA PER
Petrum Crinitū florentinum edita.

Vint. Horatius Flaccus in Venusio Apuliæ op-
pido natus est. Patrem habuit libertini generis:
vnde illud.

q

Quem rodunt omnes Libertino patre natum.

Pro certo habetur eius natalē fuisse duob. cir-
citer annis ante cōiurationē, L. Sergij Catiline, q̄ tpe celebres
erāt in ciuitate, ex poetis Val. Catullus. Licini⁹. Caluus, & Hel-
ui⁹ Cinna. Ex oratorib⁹. M. Cicero. Q. Hortēsi⁹, & Q. Catul⁹
Ex philosophis Var. Terētius, & Figul⁹ Nigidi⁹. Orbiliū Be-
neuetanū, vt cōstat, a puero audiuit, quē appellat alicubi plas-
gosum, ac mirū quā breui tpe in bonis litteris profecerit. Inge-
nio em̄ facili, & audissimo fuisse tradit̄ in capiēdis optimis di-
sciplinis. Vbi aut̄ satis visus est nauasse operam latinis studijs.
Athenas se cōtulit, vt philosophorū præceptis liberius incūbes-
ret, maximeq; Epicureorū placita videtur probasse, vt illud vt
bane dictum testatur.

Me pinguem, & nitidū bene curata cute vises

Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Morib⁹ fuisse dicit̄ sub obscenis, & ad bilem interdū paulo
excitator, adeo erga amicos grat⁹, atq; officiosus, vt nobiliorū
etiam studijs, & gratia clarior indiges, ac nobilior esset. Nā pri-
mo dignitatē tribunitiā honestis suffragijs est adeptus, & Ro-
mane legionī præpositus, quod ipse de se scribit. Amicos vero
habuit, ex poetis Albiū Tibullū, Quintiliū Varū, cuius obitū
officiose deplorat. Valgiū cōsularē, Vergiliūq; ipsum. Ex pri-
ma nobilitate Iulium florū, Maximū Lolliū & Mecœnatē, cū
quo supra septē annos summa familiaritate vixit, quod cū lo-
cis multis, tum maxime his versibus apparet:

Septimus octauo propior suggerit annus

Ex quo Mecœnas me cœpit habere suorum.

In numero

Nam cū ipso quidē Horatio iocari liberius Mecœnas, atq;
agere cōsuevit, eidemq; concedere sua studia in rebus ciuili-
bus. Cū ipsa ciuitas magnis factionibus teneretur, varijsq; se-

ditionib⁹ æstaret, secur⁹ primo ē Bruti & Cassij partes, quod a multis alijs, & a Sidonio Appollinare traditum est, qui ad lium Maioranum sic refert.

Et tibi Flacce acies Bruti, Cassijq; secuto
Carminis est auctor, qui fuit & veniæ.

Mox vero accidit, vt favore Mecœnatis nō dignitates tantū assequeretur, sed ipsi quoq; Octauio Imperat, fore insinuat⁹, cum libere & amice ad illū scribat. Illas tamen epistolas, quæ referuntur a quibusdam Augusti ad flaccum, magis cōfictas opinamur, quam dignas tanto principe, eiusq; summa eruditione, quod ipsum cū alia multa, tum elocutio in primis pbat: Composuit per plura, quæ vulgo etiā sūt notissima, nos q; breuissime repetemus, libros carminū quattuor, Epodon, & Sculari carmē, quibus Augustū ac Mecœnatē miris laudibus celebrat. In scribendis Iambicis mire efficax habitus ē, qd & fabius Quintilian⁹ testat. Inter Lyricos vere inquit solus fere dignus est legi Horatius, quoniā & insurgit aliquādo, & plenus est iucūditatis & gratiæ, varijsq; verbis, & figuris ferocissime audax. Ex quo illud peruulgatum.

Hic inter lyricos sublimi vertice vates,
Sydera summa ferit, seu dulcia furta puellæ
Cantat amicitias, conuiuia, prælia, paces.
Siue lycambeis lacerat latratibus hostem
Impetit, aut vario corruptos carmine mores.

Appollinaris quoq; sic ad Tonantiū de Horatio.
Sed tu puer calabri tramitis aggerem
Vis vt nostra dehinc cursitet orbita,
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos,
Frenis flexit equos plectri potentibus
Dum metro quatitur corda Cliconio,
Iuncto & lesbiano, siue anapestico
Vernans per varij carminis Aeglogas
Verborum violis multi coloribus.

¶ Diomedes grāmaticus, & alij veteres vnde viginti carminū
modos ab Hora, decantatos asserūt, quorū ratiōes in tertio de
grāmaticē libro a Diomede ipso referunt. Scripsit de poetica
librū ad pisones. volumina duo satyrarū, ac totidē epistolarū. In
Satyra vero Luciliū sequutus est, & si eū vt Lutulentū accusat.
Fabius certe Quintilian⁹ præcipuū in Satyra dicit hūc ipsum
Horatiū, ac purū in primis, & tersum, quin hoc illi pprium, &
peculiare fuit, vt ridenti similis, & quasi dissimulās improbita-
tem, ac vitia hominū accusaret, quod ea magis vrgeāt atq; affi-
ciant, quæ sensim irrepūt, q̄ quæ aperta fronte inuadūt, quod
ipsum & Poeta Persius demonstrat,

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admissus circum præcordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.

Sed & poeta Ouid, ingenue fatei mognope se Horatianis
versibus delectatū, & ei⁹ carmen diligenter audisse, veluti pro-
pertiū, Macrū, Ponticū, & Bassum, qui iambicos lusit.

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures
Cum ferit ausonia carmina culta lyra.

Per multos vero enumerat Hor. quorū & studiū, & iudiciū
percoluit, vt plociū, Meccenatē, Variū, Vergi, Fuscū, Viscos,
Valgiū, Pollionem, Messalam, & alios. Secutus est eū in cō-
ponēdis lyricis Paul. Passienus, qui vt est autor Plin. mirifice il-
lum exprimebat. Statura fuisse traditur breui, corpore obeso,
oculis lippis, quæ vel ex carmine illius varijs locis colligūtur.
Moritur aut Horatius anno ætatis suæ. vij. & quinquagesimo
vt in Eusebianis annalibus relatum est. Alij supra septuagesis-
mum annū vixisse scribunt, quod ego tamē falsum existimo,
vt alibi obseruatum est.